



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum adoratio importet actum interiorem, vel exteriorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

non est adiuratio ad complendum, quod prohibetur, sed ad misericordiam implorandum.

AD SECUNDUM dicendum, quod oratio communitur sumpta includit omnia quae hic dicuntur: sed unum quod contra alia diuiditur, importat processionem in Deum.

DE TERTIO dicendum, quod in diuersis preteritis procedunt futura: sed aliquid unum & idem prius est futurum, quam sit praeteritum. Et ideo gratiarum actio de aliis beneficiis praecedit postulationem aliorum beneficiorum: sed idem beneficium prius postulatur, & ultimum cum acceptum fuerit, de eo gratias aguntur. Postulationem autem praecedit oratio, per quam acceditur ad Deum, a quo petimus. Orationem autem praecedit obsecratio, quia ex consideratione diuinae bonitatis, ad eum audemus accedere.

QVAESTIO LXXXIIII.

De Exterioribus actibus latritiae, in tres articulos diuisa.

OSTEA considerandum est de exterioribus actibus latritiae.

¶ Et primo, de adoratione, per quam aliquis suum corpus ad Deum uenerandum exhibet. Secundo, de illis actibus, quibus aliquid de rebus exterioribus Deo offertur. Tertio, de actibus, quibus ea quae Dei sunt, assumuntur.

CIRCA primum quaeruntur tria.

¶ Primo, Vtrum adoratio sit actus latritiae.

¶ Secundo, Vtrum adoratio importet actum interiore, uel exteriorem.

¶ Tertio, Vtrum adoratio requirat determinationem loci.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum adoratio sit actus latritiae, siue religionis.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod adoratio non sit actus latritiae, siue religionis. Cultus enim religionis soli Deo datur: sed adoratio non debetur soli Deo.

Legitur enim Gen. 18. quod Abraham adorauit angelos. Et 3. Regum 1. dicitur, quod Nathan propheta ingressus ad regem Dauid, adorauit eum pronus in terram. ergo adoratio non est actus religionis.

¶ 2. Praeterea. Religionis cultus debetur Deo prout in ipso beatificamur, ut patet per Augustinum. in 10. de ciuitate Dei: sed adoratio debetur ei ratione maiestatis, quia super illud Psalm. 28. Adorare Dominum in atrio sancto eius, dicit glossa. De his attritiis uenitur in atrium, ubi maiestas adoratur. ergo adoratio non est actus latritiae.

¶ 2. Praet. Vnius religionis cultus tri-

bus personis debetur: non autem una adoratione adoramus tres personas, sed ad inuocationem trium personarum singulariter genuflectimus: ergo adoratio non est actus latritiae.

SED CONTRA est, quod Mart. 4. inducitur. Dominum Deum tuum adraobis, & illi soli seruies.

RESPON. Dicendum, quod adoratio ordinatur in reuerentia eius, qui adoratur. Manifestum est autem ex dictis, quod religionis proprium est reuerentiam Deo exhibere: unde adoratio, qua Deus adoratur, est religionis actus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deo debetur reuerentia propter eius excellentiam, quae aliquibus creaturis communicatur non secundum aequalitatem, sed secundum quandam participationem. Et ideo alia ueneratione ueneramus Deum, quod pertinet ad latritiam: & alia ueneratione quasdam excellentes creaturas, quod pertinet ad duliam, de qua postea dicitur. Et quia ea, quae exterius aguntur, signa sunt interioris reuerentiae, quaedam exteriora ad reuerentiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis, in ter quae maximum est adoratio: sed aliquid est, quod soli Deo exhibetur, scilicet sacrificium. Vnde Augustinus dicit in decimo de ciuitate Dei. Multa de cultu diuino usurpata sunt, quae honoribus deferunt humanis siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera: ita tamen quod quibus ea deferuntur, homines haberentur, qui dicuntur colendi, & uerandi (si autem multum eis additur) & adorandi. Quis uero sanctificandum censuit, nisi eum quem Deum aut sciuit, aut putauit, aut finxit?

Secundum reuerentiam ergo, quae creature excellenti debetur, Nathan adorauit Dauid. Secundum autem reuerentiam, quae debetur Deo, Mardocheus noluit adorare Aman, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Hester 3. Et similiter secundum reuerentiam debitam creature excellenti Abraham adorauit angelos, & etiam Iosue, ut legitur Iosue quinto. Quamuis possit intelligi, quod adorauerint adoratione latritiae Deum, qui in persona angeli apparebat, & loquebatur.

Secundum autem reuerentiam quae debetur Deo, prohibitus est Ioannes angelum adorare, Apoc. 17. tum ad ostendendum dignitatem hominis, quam adeptus est per Christum, ut angelis equetur: unde ibi subditur, Confertus tuus sum, & fratrum tuorum: tum etiam ad excludendum idololatiae occasionem. unde subditur: Deum adora.

Aman hostem Iudaeorum: quoniam erat de stirpe Agag regis Amalechitarum, occisi a Samuel, 1. Regum 15. Sic ergo patet, quod conuenienter author mentem Mardochei interpretatus est. An autem prudenter in hoc egerit Mardocheus, cum sciret Iacob adorasse fratrem suum Esau, Gen. 33. & filios eius incogniti Ioseph adorasse, Gen. 43. & rationabile sit quod ipse more Persarum, adoraret pronus in terra rege, alia quaestio est, ex particularibus tunc occurrentibus pensanda. Factum autem Ioannis Euangelistae ad exteriorem tantum actum spectat, ita quod Ioannes uolebat diuinam reuerentiam angelis exhibere, sed reuerentiam summam in exteriori actu, scilicet prostrationis, exhibere, quam licite facere poterat, cum haec possit etiam homini excellenti exhiberi, & exhibita fuerit, ut patet in praedictis locis: sed quia ista tanta exterior reuerentia deberet referri soli Deo, ut aliqua exterior reuerentia esset illi propria, ideo angelus dicitur prohibuisse eum a reuerentia debita Deo, ita quod sensus est, quod secundum reuerentiam exteriorem debitam Deo, hoc est, ex debito honestatis seruanda soli Deo, prohibitus est Ioannes in persona generis humani offerens praedecessorum suorum more reuerentiam exteriorem summam excellentibus creaturis, ne hanc exhiberet: sed soli Deo referret illam propter utramque rationem in littera allatam. Et haec de tota q. 84. sufficiant.

¶ q. 81. art. 1. ad 3.

¶ q. 110. & sequen. & 103 art. 3. & 4.

¶ l. i. ro. c. 4. circa fi. to. 5.

¶ Super I. ubi dicitur: et adorauerint adoratione latritiae Deum, qui in persona angeli apparebat, & loquebatur.

¶ A

AD

Super quest. octuagesima quarta articulum primum.

In articulo q. 84. diuini occurrit de Mardochei, & Ioannis hic exponitur in responsione ad primum. Nam cum dicitur adorasse Aman, non ut Deum, quod per hoc patet, quod infra scriptum illud adorari consuevit non uideatur recte excusari Mardocheus, dicendo quod secundum reuerentiam Deo debitam Mardocheus noluit adorare Aman. Ioannes quoque, si de latritiae adoratione prohibitus est, cum ipse esset paratus ad illam adorationem, ut patet ex hoc, quod ibi dicitur, cecidit ut adorarem, sequitur quod Ioannes peccauerit peccato maximo, a cuius peccato consumatione prohibitus fuit ab angelis, quod est inconueniens. Mala igitur est expositio litterae. Ad hoc dicitur, quod de Mardocheo scribitur in littera, quod ea ratione reuerentiam adorasse Aman, ne scilicet reuerentiam exteriorem Deo conuenientiam a Iudaeis exhiberi, ut patet 3. Regum 8. de genuflectione Salomonis ad hominem talem traderet. Dicitur. n. Hester 3. quod arguitur alius pueris regis Mardocheum de hoc, dicit esse Iudaeum: & quod illi uolentes experiri an perseveraret, acculerunt eum ad

AD SECUNDVM dicendum, quod sub maiestate divina intelligitur omnis Deus excellentia, ad quem pertinet quod in ipso, sicut in summo bono, beatificamur.

AD TERTIVM dicendum, quod quia una est excellentia trium personarum, unus honor & reuerentia, eis debetur, & per consequens una adoratio. In cuius figuram cum legitur de Abraham, Genes. 18. quod tres uiri apparuerunt, adorans, unum alloquitur dicens. Domine, si inueni gratiam &c. Terna autem genuflexio signum est ternarii personarum, non autem diuersitatis adorationum.

tem ratio videtur esse & de alijs locis natus locus non requiritur ad adorandum.

¶ 2 Prætor. Adoratio exterior ordinatur ad interior adoratio fit ad Deum, ut in corpore exterior adoratio non requirit determinatum locum.

¶ 3 Prætor. Idem Deus est, qui in nouo Testamento adoratur: sed in veteri testamentum ratio ad occidentem, nam ostium tabernaculi ad orientem, ut habetur Exodus. Terna autem ratione etiam nunc debemus adorantem, si aliquis locus determinatus adorandum.

ARTICVLVS II.

Utrum adoratio importet actum corporalem.

Supra q. 81. ar. 7. Et 3. di. 9. q. 1. ar. 3. q. 3. & 3. cõtra e. 119.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur quod adoratio non importet actum corporalem. Dicitur enim Ioh. 4. Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & ueritate: sed id quod fit in spiritu, non pertinet ad corporalem actum. ergo adoratio non importat corporalem actum.

¶ 2 Prætor. Nomen adorationis ab oratione sumitur: sed oratio principaliter consistit in interiori actu, secundum illud I. ad Cor. 14. Orabo in spiritu, orabo & in mente. ergo adoratio maxime importat spirituale actum.

¶ 3 Prætor. Corporales actus ad sensibile cognitionem pertinent: Deum autem non attingimus sensu corporis, sed mentis. ergo adoratio non importat corporalem actum.

Glo. ordinata ibid. Lib. 4. Orth. fid. in princ. cap. 13.

SED CONTRA est, quod super illud Exo. 20. Non adorabis ea, neque colas: dicitur glo. Nec affectu colas nec specie adores.

RESPON. Dicendum, quod sicut Damasc. * dicit in 4. lib. Quia ex duplici natura compositi sumus, intellectuali. i. & sensibili, duplicem adorationem Deo offerimus. spirituale, quæ consistit in interiori mentis deuotione: & corporalem, quæ consistit in exteriori corporis humilitione. Et quia in omnibus actibus patriæ id, quod est exterius, refertur ad id, quod est interius, sicut ad principalis: ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorem, ut uidelicet per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitemur noster affectus ad subiiciendum se Deo: quia commune naturale est nobis, ut per sensibilia ad intelligibilia procedamus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod etiam adoratio corporalis in spiritu fit, in quantum ex spirituali deuotione procedit, & ad eam ordinatur.

q. 81. ar. 12.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut oratio primordialiter est quidem in mente, secundario autem uerbis exprimitur, ut supra dictum est, ita etiam adoratio principaliter quidem in interiori Dei reuerentia consistit, secundario autem in quibusdam corporalibus humilitatis signis, sicut genu fleximus, nostram infirmitatem designantes in comparatione ad Deum. Prosterminimus autem nos, quasi profitementes nos nihil esse ex nobis.

AD TERTIVM dicendum, quod etsi per sensum Deum attingere non possumus, per sensibilia tamen signa mens nostra prouocatur, ut tendat in Deum.

ARTICVLVS III.

Utrum adoratio requirat determinatum locum.

1. Tim. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod adoratio non requirat determinatum locum. Dicitur enim Ioh. 4. Venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem: eadē au-

QVAESTIO LXXXV.
De his que a Deo fidelibus dantur in quatuor articulis diuisa.

OSTEA consideranda est de actibus, quibus ad Deum que res exteriores Deo offeruntur.

¶ Circa quos occurrit duplex consideratio. Primo quod de his, que